

B. N.

Monumentum Honori Atq[ue] Memoriae Beatissimi Ex Hac Mortali In Beatorum Sedes Transitus ... D. Mariae Elisabethae Heistermannin a Ziehlberg/ Natae Ex Illustri Familia Kielmanniana a Kielmanseck ... Dn. Samuelis Heistermanni a Zielberg ... Quondam Uxoris Piae. Concordialis. Desideratiss. Matronarum Splendoris, Gratia Et Decore Supra Omnes Insignis. Coniugum Coronae ...

Schleswigae: Holwein, [1665]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766339866>

Druck Freier  Zugang







MUNIA
DEN

1783 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







MONUMENTUM

HONORI ATQ; MEMORIÆ

BEATISSIMI EX HAC MORTALI IN BEATORUM
SEDES TRANSITUS,

GENEROSISS. ET EXCELLENTISSIMÆ
DOMINÆ

D. MARIÆ ELISABETHÆ

Heistermannin à Ziehlberg /

NATÆ EX ILLUSTRIS FAMILIA

KIELMANNIANA à Kielmansseck.

GENEROSISS. ET EXCELLENTISS. DOMINI

DN. SAMUELIS HEISTERMANNI
à Ziehlberg.

SERENISS. CIMBR. DUCIS REGENTIS

CONSILIARII SECRETIORIS.

EJUSDEMQ; SERENIT.

VICESGERENTIS SUMMI

IN PROVINCIIS

Eidersieth/Everschop & Uthholm.

QUONDAM UXORIS PIÆ. CONCORDIALIS.

DESIDERATISS.

MATRONARUM SPLENDORIS,

GRATIA ET DECORE SUPRA OMNES INSIGNIS.

CONJUGUM CORONÆ.

PIETATE ET RELIGIONE CLARISSIMÆ.

VIVÆ GAUDII. MORTUÆ MARITI GEMITUS:

SUORUM DOLORIS OMNIUM LUCTUS.

HUMILISS. OBSER. E. CONTRA VOTUM P.

B. N. J. U. L.

SCHLESWIGÆ, excudebat JOHANNES HOLVVEIN.

D. O. M.

Subsiste Viator.

Tumulus hic conditur.

Sed.

Qui nil recipit præter exuvias.

Generosissima atque Excellentissima Domina.

Dn. Mariæ Elisabethæ Heistermannin à Zielberg ꝛc.

Quæ Vixit. cheu vixit!

Plorate Charites.

Nam ocellus vester clauditur.

Suspiria ducite.

Nam anima vestra expiravit.

Vixit!

Sed vivere parum fuisset.

Ni à tanto Parente vita ei obtigisset.

Quantum felicitatis præsidium!

Quantum virtutum ingenitarum documentum!

Vir omni ingenio major. non minorem genuit filiam.

Vir supra virum. filiam edidit supra sexum,

Nec mirum.

Ut enim ille incomparabilis; ita & illa.

Ut ipse sua virtute inlustris; ita illa patria.

Neq; enim

E stirpe Kielmanniana degener

nasci potest surculus.

Vixit.

Sibi. Deo. Marito.

Sibi.

Debuit enim. ut aliis viveret. sibi vivere. & ita

Aliis vivere. ut à se inciperet.

Sibi

Sibi Vixit.

Non mundo, in quo viva tantum sunt cadavera.

Non voluptatibus, quæ animum sepeliunt.

Quas spernere voluptas summa est.

DEO vixit.

Dum enim sibi bene vixit, non poterat non DEO vivere.

Marito vixit.

Et ita vixit, ne sibi & DEO vivere desineret.

Animus testabatur amorem.

Amorem obsignabat castitas.

Castitatem firmabat Pietas.

Quam dum dico, omnia dico.

Non hic in exemplum vocandæ veterum

Porciæ, Penelopæ, Corneliæ,

illa, dum erat.

Omnium erat idea.

Dum non est.

Omnium est Exemplum.

Vixit.

Sed vita illi invita fuit, quia vidit

Vitam esse Undam Tantali,

Ixionis rotam, Silyphi saxum.

Aviculam.

Quæ prætervolat.

Naviculam.

Quæ præterfluit.

Nec quietem hic esse quam in inquietudine,

Quæ aliis salivam movebant, illi bilem.

Nihil illi ad palatum, nisi quod

ad mentem.

Atq; hoc erat sapientiæ.

Ergò

Vivere desiit!

Vel

Vel

Quia inter vitam & mortem nihil interesse crederet.

Vel

Quia inter conspicui Orbis limites mens illa subsistere nollet.

Vel

Quia serenius & expeditius vivere, remoto corpore. vellet.

Vel

Quia deniq; animam DEO deberet.

Solvit itaq; hoc nomen summo Creditori.

Postquam illi tradiderat aliquot thori pignora.

Ita.

Ut cum unam deberet DEO animam.

Tot à se progenitas reddiderit.

Cadebant racemi ante stirpem.

Nunc stirps ipsa excinditur.

Luget

Illustris Parens. illustrem filiam.

Optimus Maritus. Optimam Conjugem.

Splendidissima familia. Splendidissimi fidei occasum.

Nescit quidem dolere. quisquis pius est.

Sed non potest non dolere. quisquis pater est.

& maritus.

Illud religionis est. hoc affectus.

At illa

Mortem adiit immortalis.

Et vitam consummavit ante mortem.

Immò

Nunc quoq; mortem. ante vitam.

Cœlestissimam illam atq; æternaturam!

Qua

Animula blandula. dulcissima.

In cœlitum numerum recepta.


suaviter fruitur


Jam abi sospes.

In rem tuam Viator. & mortuæ benè precare.

Quod enim optaveris illi atq; suis omnib.

Tibi semper eveniat. vivo & mortuo.





ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereâ,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

